Asterismum constare *Tycho* & *Longomontanus* volunt, ex quibus tres *Quartæ*, unam *Quintæ*, & unam *Sextæ Magnitudinis* esse docent. *Bayerus* 3. *Stellas* adjunxit. *Martis* & *Veneris* proprietates obtinere dicuntur. Quantum autem ad Sagittam attinet, apud *A. Gellium cap.* 25. varia

Sagittæ variæ.

telorum, jaculorumque genera enumerantur. *Bayerus* in priore *Uranometriâ* Sagittæ formam ex antiquo prototypo, verum rudi Minervâ manuscripto, & suo maximè accommodatam proposito desumpsit: Ubi etiam subjungit; *Si cuiquam plumbata tribolata videatur, non refragabimur: habebit testem Fla. Vegetium, & Stewechium hujus commentatorem lib.* 4. *cap.* 29. *qui tribolatæ, & mammillatæ, eruditam subnotans descriptionem, locum & authorem, quamvis incertum allegat. Imagines Arati, & Hygini Aquilam pedibus Sagittam tenentem exhibent, nec in hoc doctiores perstringendi: Errorem ex Germanico malè intellecto fluxisse suspicor.*

XVII. A-QUILA.

XVII. AQUILA, quam nonnulli illam esse putant, quæ *Promethei* ad Caucasum alligati viscera exedisse fertur. Alii eam esse arbitrantur, quæ *Ganymedem Trois*

Ganymedes.

filium, puerum elegantissimum, in Idâ monte venantem, *Iovis* jussu, rapuit, & in *Cœlum* detulit, ubi, *Hebe Iunonis* filiâ remotâ *Iovi* pocula ministrare jussus est. *Homerus Iliad.* 20. *Ovid. lib.* 10. *Metamorph. Fabul.* 5. *Virgilius:*

—— —— —— —— —— Quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis.

Horatius lib. 4. *Carminum, Ode* 4.

Qualem ministrum fulminis alitem,
(Cui Rex Deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidelem
In Ganymede flavo)
Olim juventas, & patrius vigor, &c.

Ipsum *Iovem* in Aquilam versum *Ganymedem* rapuisse alii volunt, ut *Ovidius loco citato*, & *Græcus Epigrammatographus:*

Α'ετὸς ὁ ζῆλος ἥλεγεν ἀνθρήϊον γανυμήδην,
Κύκνῳ δὲ ξάνθην μητέρα τῆς ἑλένης.
Ipse Aquila ad pulchrum Ganymedem Iuppiter olim,
Ad matremque Helenæ deinde volavit olor.

Raptus causa.

Raptus causa est Regia forma, ut *Iovi* pocula ministraret, sicut *Homerus* indicat; vel ut *Deorum* ævo frueretur, quæ *Apollonii in* 3. *Argon.* est sententia; vel eximia ejus prudentia secundum *Xenophontem in Symposio.* De eodem *Cicer.* 1. *Tuscul. Raptorem Iovem Aquilæ* insedisse vult *Martialis.*

Die mihi quem portes volucrum Regina? Tonantem.

De *Ganymede Pocillatore in Phallicis.*

—— —— —— —— Raptus ab Alite Sacrâ
Miscet Amatori pocula.

Quin & ipsa *Aquila Iovi* Sacra, & *Armiger Iovis*, cum in *Gyganteo Bello* ipsi *Iovi* fulmina subministrarit, & fulmine æquè ac laurus, & Vitulus Marinus, non tangatur, jure ac merito domicilium suum ibi habeat oportet, ubi *Iuppiter* ipse commoratur, utpote *Nuncia fulva Iovis*; *Iovis pinnata Satelles*; *Iovis famula*;

—— —— —— —— —— Quæ fulmina curvis
Ferre solet pedibus.

Ut *Ovidius* canit: Quæ sola illæsis & inconniventibus oculis *Solem* intuetur & inter aves imperium obtinet. Est autem Imperatorum insigne, ac Justitiæ, ut & Clementiæ Symbolum. Unde inter alia Romanæ militiæ signa præcipuum fuit *Aquila*, regni, potestatis, atque imperii, & victoriæ signum, *Alex. ab Alex. Genial. dierum lib.* 2. *cap.* 2. *Romani* se reliquorum Regum dominos putantes, *Aquilam* Avem Romanam appellare solebant quæ biceps adhuc Imperii Romano-Germanici Insigne manet.

Nomina.

Ex his Nominum variorum, quæ huic *Asterismo* imposita sunt, ratio & occasio constat. Vocatur autem *Iovis Ales*; *Vultur Volans*, quo nomine à *Vulture Cadente* discriminatur; *Iovis Satelles*, *& Internuncia*; *Raptrix Ganymedis*; *Servans Antinoum*; *Antinous*; *Puer Hadriani Imperatoris*; *Ganymedes*; *Puer Iliacus*; *Iovis Cynædus*; *Puer Aquilæ*; Α'ετὸς; Διὸς ὄρνις; οἰωνῶν βασιλεύς, *Avium Regina Pindaro:* Malè quibusdam βόειον, βασιλικός, βασιλι-

ἐπέλιον. *Arabibus Alcar*; *Alcair* pro *Schickardus* observat, *Attayro*, i. e. *Aquila*; Noviter etiam *Alhakkab*, *stellationem* definiunt *Tycho* & *Lon* scapulis *Secundæ*, quatuor *Tertiæ* liquas *Sextæ Magnitudinis* numera constare eandem volunt, forsan tes, quas omnes *Martialis* & *Iov* runt.

XVIII. ANTINOUS, recentius *Astrum*, nonnisi tribus *servationibus* decoratum, quæ dicuntur: quibus tamen *Kepler* junxere. Ex *Riccioli* sententiâ, *tinoo*, Bythinico cuidam puero, dum grato, ut *Pausanias* commen lam præcedente *Asterismo* tractavi *Ovidius lib.* 10. *Metamorph. fab.* 5. bis attingit:

—— —— —— Manet aliâm
Iudicium Paridis, spretæque in
Et genus invisum, & rapti Ga

XIX. DELPHINUS *Stellas* numerant *Tycho*, *Longomon* que *Tertiæ*, unam *Quintæ*, & quat *Hermippus* in *Apollinis*, cui *Delphi* in astra relatum esse dicit. Secund memoriam celebrat, qui *Arione* Citharœdum, à perfidis nautis ex datum, dorso suo excepit, & in vexit. *Martialis lib.* 8. *Epigr.* 49.

Sic Methymnæo gavisus Arione
Languida non tacitum per f

Vocatur *Delphin*, *Delphinus*; δελ *nis*; *Amphritites Vector*; *Currus Cice* so; σωτὴρ Α'ρίωνος, *Servator Ari sicum* Animal; Noviter *Arabico* *Delphinum* vocat *Crinitus lib.* 14. & *Repandirostrum*, quasi cervice dum rostrum habeat. *Pacuvio A* jam dicitur. Ideò autem inter *A* tur, quia *Amphitritæ* persuase ret.

XX. EQUULEUS; *Equus Parvus*; *Equus Prior*, ad *Equi Alati*, & *Majoris*, ac sequen ων, *Sectio Equi*; *Sectio Equina*; *Sectio Equi Minoris*; *Equi Caput*; *Hinnulus*; Noviter etiam *Arabico faras*; *Asterismus* quatuor consta *dinis*, quarum Proprietas *Iovial* sponder. Quasi Pullus Equinus nomen sibi adscivit. Sunt qui *L* & *Clytemnestram* ex eo facere vol aut effingi dicunt, nisi *Equiculu* Aliàs *Cyllarus Equus Dioscuris* à unde equos unus domitare con bonus fuit.

XXI. PEGASUS origin certam & confusam, qui omn *quum* fuisse tradunt. *Seneca in Tr*

Quicquid Sol Oriens, quicqui
Novit: Cæruleus Oceanus
Quicquid vel veniens, vel fu
Ætas Pegaseo corripuit g

Pegasi nomine quidam ejus ortu πηγὴς dictum esse opinantur, eo tes, ubi *Gorgones* domicilia hab sive parentes habuerit *Neptunum* *Medusæ*, quam *Perseus* occidit, *ripides Melanippen* (malè Menali *ri* filiam hoc *Asterismo* repræsent eà, quia gravidam, & à patr bestiam mutaverunt inferioribus ità *Fœminei Sexus* pudorem teger commemorant, expeditione co prâ, cum insceuso *Pegaso* in *Cælu*

ANDREAS CELLARIUS PALATINUS *Harmonia Macrocosmica* AMSTERDAM, 1661 THE WARNOCK LIBRARY Octavo